



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Quaestio 52. De defensoribus haereticorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

tes, & banno exponuntur, & in perpetuum relegantur, & bona confiscat amittantur. Zanchinus tractat de heret. c. 17. n. 4. Federicus Imperator in l. Pa-
tavenuorum, que est impressa in litteris Apostoli-
cis, in fine huius operis, atque ita etiam sanciuissime
non obscure videntur Innocentius iii. & Clemens
iii. in bulla incipiente: Ad extirpanda §. Quicunq;
autem, quam habes in bullario litterarum Apostoli-
carum, in fine huius operis. In dispositione enim
eius §. receptacores, planè continentur, quamuis co-
rū expressio mentio non fiat: nam praterquam quod
sub generalitate illorum verborum comprehendan-
tur, ex eo satis evidenter videntur comprehensi, quia
in defensores ibi pena statuitur: qui vero receptat,
nihil aliud facit, quā defendere & fauere, ut ēt do-
cuit Simanca de catho. in s. tit. 15. n. 14. quod
verum est, cum prater simplicem receptionem,
& occultationem, etiam amplius vi defendant her-
eticos, & prohibent catholicos ministros, ne eos
captiant.

Nunquid vero his penitentia liberentur consanguinei, uxores, amici, fratres, patres, filii, & similes
persona receptantes hereticos sibi coniunctos, non
est modica controversia, quam nūc omittit, cum Eymericus nullam eius mentionem faciat, de ea tamē
cum eo disputabo paulo post in hac 2. parte super
q. 56. n. 8. ubi Eymericus sentire videtur huius-
modi receptatores mitius esse puniendo.

Judici vero aut alij quilibet infideles, si apostata-
tas, aut hereticos receptauerint, aut quomodolibet
defenderint, per Inquisidores puniendi sunt, sicut
cauit dominus Gregorius Papa xiiij. anno Domini
MDLXXXI. extrauag. quadam incipien. Antiqua
Iudæorum. §. si quis in hac verba; Si quis Aposto-
tas hereticos vel scienter domi tuae acceptauerit:
aluerit: commeat iuuerit: seu quoquis modo eis
cibaria vbiunque præberuit: aut dona vel mu-
nera dederit: vel misericordia: aut de loco ad locū de-
duxit: seu associauerit: vel deducendos seu asso-
ciandos curauerit: aut sumptus ministrauerit: du-
ces comitete illis adiunxerit: vel ne ab eis per-
petrata, deprehendi, aut inuestigari queant, sece-
rit. Quique dictos Apostatas, aut hereticos scien-
ter aliquo modo receptauerit, occultauerit, de-
fenderit, aut eis opem, consilium, auxilium, vel
fauorem quomodolibet praestiterit, Inquisitorū
seelicet iusticio subiacebit.

Sed quibus penitentiis sunt huiusmodi infide-
les contra fidem delinquentes, dictum est supra in
hac 2. parte super q. 44.

Q V A S T I O L I I .

De defensoribus hereticorum.

S V M M A R I O M .

- 1 Defensores hereticorum in duplice sunt diffe-
rentia.
- 2 Defendant aliqui non errorem, sed personam.
- 3 Et hi pro modo defensionis suspelli: de heresi
sunt vehementer, aut leue.

G Vinq; secunda pars Directorij

Vinquefima aquarta quæstio est: Hæretorum defensores qui dicuntur sunt, & si hæretici dicendi sunt. Ad hanc respödemus, quod hæretorum defensores sunt in duplice genere: quidam namque sunt, qui defendunt hæretorum errorem, & ij. damnabiliores sunt illi qui errant: & nō solum hæretici, immo hæretiarcha habendi sunt, vt patet 24. q. 2. Qui aliorum, & de his defensoribus communiter nō loquuntur iura, quia ab hæreticis non distinguuntur, & in his habet locum c. Ad abolēdam. §. p. senti, de heret. lib. 5.

2 Quidam, alij sunt, qui non defendunt errorē, sed personam errantem: vt pote illi, qui rī sunt viribus & potentia; ne hæretici ad manus iudicis fidei veniant examinandi, vel puniendi, & similia: & tales sunt excommunicati, iuxta c. allegatum. Excommunicamus primo §. credentes.

3 Et tales hæretici non sunt, postquam errorē non defendunt, arg. de sum. Trin. & fidei catho. c. Damnamus, sed suspechi c. de illorum hæretorum erroribus sunt vehementer, vel leuter ser- dum defensionem, quam fecerunt: & debent abiurare, iuxta c. Accusatus, frequenter alleg. de hæret. lib. 6.

His concordant Archidiaconus in c. Quæst. que super verbo, defensores, & Guido Fulcodius prædictus, in consultationibus ad Inquisitorum hæreticae prauitatis, q. 12. & prædictum con- ciliuim Tarragonense.

C O M M E N T . L X X V I I .

DE materia etiā huius questionis videndi sum illi ipsi, quos puto anteua citavi initio q. 50. & 51. præterea Zanchinus tractat de heret. c. 4. Si-
mancas in encyridio tit. 14. Locatus in operi indi-
ciali, verbo, defensores. Repertorium Inquisitorum
verbo, defensores, Bernardus Comensis in lucern.,
verbo, defensor. Doltrina vero Eymericī in hac que-
stione vera & communis est.

a Quidā nāq; sunt, qui defendunt hæreticorū errorē, &c.] Idem penitus scribit Guido Fulcodius ab Eymericō hic citatus in consultationib. ad In-
quisitorum, q. 12. quem sequitur Archidiaconus in c. quicmq; de heret. lib. 6. verbo, defensores, relata sup. pag. 193. col. 2. nec de his est difficultas; nā pa-
ri iure cū hæreticis censemur; immo vero heretici sunt deteriores, cum pertinaces videantur & hereti-
ci manifesti, iuxta c. super quibusdam de verbis si-
gnif. hi namque non modo errant, verum etiam of-
fendicula errandi alij parat, vt optimè monet Cor-
radus Brunus, lib. 1. de heret. cap. 4. in fine, & Si-
mancas de catho. in s. tit. 15. n. 8. quib. locis es-
dem tradunt, que hic Eymericus commemorat.

b Quidam alij sunt, qui non defendunt errorem, sed personam errantem.] Hoc autem con-
tingere potest multis modis, quos tradit Zanchinus
tractat de heret. c. 4. Simancas de catho. in s. tit. 15. n. 9. & Repertorium Inquisitorum verbo, de-
fensores. §. 1. de qua re insignis extat locus in bulla
Innocen-

Innocentij iiiij. & Clementij iiiij. Ad extirpanda. §. quicunque, ubi & varia defensionis genera, & pena defensorum luculenter tractantur his verbis: Quicunque autem haereticum vel haereticam, captum vel captam auferre de manibus capientium vel capiētis ausus fuerit, vel defendere ne capiatur, seu prohibere aliquem intrare domū aliquam vel turrem, seu locum aliquem ne capiat, & inquiratur ibidem, iuxta legem Paduę promulgatam per Federicum tunc Imperatorem, publicatis bonis omnibus in perpetuum relegate, & dominus illa, a qua prohibiti fuerint, sine spe redificandi funditus destruantur, & bona que ibi reperta fuerint, sicut capientium, ac si haereti fuisse in bidé inueni. haec tenus Innocentius, que paulo explicatius tradit rursus & confirmat Clemens iiiij. rel. atus in bullario litterarum Apostolicarum. §. quicunque, in fine huius operis.

Et sub his generalibus verbis comprehenduntur omnes defendendi modi, qui in hac causa possunt contingeri: nam & cum armis & sine armis potest quis defendere heretici: cum: potest & clamoribus, monendo illum ut fugiat: potest defendere illum in iudicio: item extra iudicium, denique, ut uno verbo dicam, quicunque officium Inquisitionis quacunque ratione impediunt, haereticorum defensores per consequiam dici possunt.

Ian viiius est casus singularis nullo modo hic praeterundas, quo quis defensor haereticorum dicitur sc̄i videlicet supponit alii hominē, vel ē seipsum pro illo haeretico, qui fuerat capiēdus, de quo in prefato rescripto Inno. iiiij. Ad extirpanda. §. si quandoq; ita scriptum extat: Si quandoque aliqui vel aliqui nō haeretici pro captis haereticis, ipsis non contradicentibus fuerint affixati, vel se fortitan affixauerint, prædicti suppositi perpetuo carceri mancipentur, & heretici nihilominus redire & affixari cogantur, & qui hunc dolum fecerint, iuxta legem prædictā bonis omnibus publicatis in perpetuū relegentur. hoc ibi. Quod ipsi post Innocentium roborauit etiā Clemens iiiij. in bullā incipiente; Ad extirpanda. §. si quando.

Sed suspeccio illorum haereticorum erroribus sunt vehementer vel leuite secundum defensionem quam fecerunt. Ita Barceniensis, Bononiensis, & codex Cardinalis de Gambara, sed Sabellanus ita; Secundum modum defensionis.

Hic autem modus defensionis alius atque alius non diffimilem facit, & culpam non grauiorem; nunc leuiorem; nam grauius delinquit qui defendit eam armis, quā qui sine armis; grauius qui vi adimit haereticos de manibus capientium, quam qui rocamonit ut fugiant, ac se a custodib; eripere conuentur; & sic de ceteris, que sunt prudenterme considerandas, ut gradus suspitionis notari possint, & debite puniri etiā iniungit.

¶ Et debent abiurare, &c.] Hec abnūrationis pena omnibus suspectis est communis. Sed defensores haereticorum alijs præterea penas plectuntur, quas hic omisit. Symmericus, de quib. Zachinus tract. de heret. ca. 17. Tabiensis in simili verbo, hereticus. §. 20. & 21. Gondifallius tract. de heret. q. 16. Ludovicus Carrerius de heret. num. 163. & seq. Simā-

A cas de catho. in istit. tit. 15. nu. 10. & fere illi, quos citauit supra initio questionis 50. & dixi paulo ante hac ipsa questione, vers. quidam alijs sunt, ac preter vetustas penas Federicus in l. Patarenorum. quā curauimus imprimendam in bullario litterarū Apostolicarum in fine huius operis, quā fuit ab Innocentio iiiij. & multis alijs summis Pontificib; ap probata, haereticorū cōplices, hoc est, defensores, receptatores, & quocunque modo fautores, bonorum confiscatione, & exilio puniuntur; & ipsorum filios infamia notantur; & ab omnib; honorib; excluduntur, nisi haereticos renelauerint; tūc enim his penas liberantur.

B Postremo Pius V. Pont. Max. rescripto quodā incipiente; Si de protegendi. quod est impressum in bullario litterarum Apostolicarum, in haeretico rum defensores grauissimas etiam statuit penas, quas in multis casibus illic expressis incurvantur.

Iudei preterea ut alij infideles, si prædictis, aut alijs modis apostatas, vel haereticos defenderint, a iudicib; fides puniuntur, per extrahag. Dñi Gregorij Papa xij. incip. Antiqua judæorum. cuius verba retulimus super questione proxime præcedēti in fi-

Q V A E S T I O L I I I .

De fautoribus haereticorum.

S V M M A R I V M

- 1 Publica auctoritate fungentes quomodo per omissionem haereticis facere censeantur.
- 2 Et quomodo per commissionem.
- 3 Private personæ ex sola omissione non dicuntur haereticorum fautores.
- 4 Sed commissione, & que committendo.
- 5 Fautores haereticorum excommunicationem, & alias penas incurunt.

C Vinqūagesimateria quæstio est: Haereticorum fautores qui dicendi sunt; & si haeretici habendi sunt?

D  1 Ad hanc respondemus, quod fauientes haeretici sunt in duplice genere. Quidam, namque sunt, qui publica funguntur auctoritate, hoc est publicæ personæ, vi domini temporales, eorum Balliuī, b) Veguerij, & officiales ceteri: & tales fauent, & fautores esse possunt haereticorū duobus modis, quia interdum omittendo, interdum committendo; omittendo quidem ea facere circa haereticos vel suspectos, infamatos vel credentes, receptatores, defensores, & fautores, ad quæ ex eorū officio obligantur, cū tamē ab Episcopis & Inquisitorib; vel eorū altero requiruntur, ut pote, si eos non capiant, vel captos diligenter non custodian, vel infra districtum suum ad locum, de quo eis mandabitur, non deducant, ac executionem præmitam de eis non faciant, & similia, ut patet extra de h̄r. lib. &c. Et inquisitionis, in principio.

E 2 Commitendo autem, ut pote, si captos huiusmodi absque Episcopi & Inquisitoris, vel aliter ipsorum licentia, vel mandato, a carcere liberant, vel processum, iudicium, vel sententiam eo

A a 2 rum